

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Ascensio k
cum uariis

Virtutes ministre precedentes Christum in ascensione ad alias uirtutes celestes clamant ut uiam Domino uenienti aperiant eique occurrunt; reserate, inquirunt, celestes aditus uenienti Domino. Eternalis ingressus pateat. Aperiantur etheree ianue et eternarum edium ualue. Et introibit rex glorie in celum ut ad dexteram Patris interpellat pro nobis. Ipse enim uirtutes angelice nouo misterio carne induti stupefacte querunt cum admiracione: Quis est iste rex glorie? quibus respondent alie: Dominus uirtutum et cetera. Licet enim multi scirent ipsum esse hominem, non tamen sciebant humanam naturam supra se exaltandam.

Ieronymus super illud Psalmi: Attollite portas.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

celestes *om.* P V¹ V² L¹ L²; occurrunt] occurant P V¹ V² L¹ L²; interpellat] interpellet P V¹ V² L¹ L²; Psalmi *om.* P V¹ V² L¹ L²